

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Elisabethae Lippermans/ Uxori suae desideratissimae paratas cupit Maritus relictus moestissimus, Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770852181>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.  
in  
**E. Lippermann.**  
uxor. A. v. Scheven.  
Rostock, 1639.

41















RECTOR

*Universitatis Rostochiensis*

80.

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctör &  
Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

ELISABETHÆ

ESPERANSI

Uxori suæ desideratissimæ paratas  
cupit

*a. v. Scheven*

*Maritus relictus mæstissimus,*

Omnium ordinum Cives Academicos, qua par est  
diligentia ad medium primæ, in ædificatio-  
riana invitat.

☉(O)☉



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad: Typ.

Anno M DC XXXIX.

133.



RECTOR

JOHANNES COLTMAN

22. Theologiae

NO. 133

ELISABETH

133

*Handwritten scribble*

Handwritten text

Handwritten text

Handwritten text

RECTOR

Handwritten text

Handwritten text

133





## RECTOR

*Universitatis Rostochiensis,*

JOHANNES COTHMAN,  
S.S. Theologiæ Doctor  
& Professor.



Itam nostram navigationi similem esse testatur utriusq; collatio. Ut enim navigantes in magno versantur vite discrimine, quod considerans comicus rectè inquit : Non hercle verbis dici potest tantum, quam reipsa navigare incommodum est. Item : nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. Non aliter vita hæc multis adversitatibus circumdata, ut hinc rectè cū Ecclesia canamus: media vita in morte sumus. Deinde sicuti navigantes non tantum præsentissimo subjecti periculo, sed & insuper aliquot tantum digitos à morte sunt remoti, unde Anacharsis scythæ doctus Philosophus, interrogans quendam,

L 2

quanta



quanta esset tabularum nauticarum spissitudo?  
isq; respondisset quatuor digitorum. Tantillū  
inquit, absunt à morte, qui navigant. In ean-  
dem sententiam dicit Juvenalis : *In nunc &*  
*ventis animam committe dolato, confusus ligno, di-*  
*gitis à morte remotus. Quatuor, aut septem si sit*  
*latissima tada.* Navigantes enim tam prope le-  
thum, quam propè aquam cernunt. Unde qui-  
dam dubitasse legitur, sintne navigantes vivis  
annumerandi, utpote vitam Undarum ac ven-  
torum arbitrio committentes. Pari ratione, in  
hac imprimis ultima mundi senectà & concla-  
mato seculo, ubi propter peccata nostra, varia  
morborum genera, quasi agmine facto homi-  
nem adoriuntur, ut non quatuor aut septem di-  
gitos à morte remotus dicendus sit, sed alterū  
potius pedem in mortis cymba habeat. Vide-  
mus enim opinione citius homines cujuscunq;  
ætatis & conditionis aut sexus, nihil tale exspe-  
ctantes, terris excedere, ac deposita mortalita-  
tis tunica ad immortalitatem tendere. Ter-  
tiò sicuti navigantes non metuunt præcipi-  
tem Africum decertantem aquilonibus, nec  
tristes Hyadas, nec rabiem Noti, sed animosè  
portum quærunt, quem cum feliciter attingunt  
perpeffarum in mari turbulento calami-  
ta-



tatum gaudentes recordantur, præteriti namq;  
mali secunda recordatio parit voluptatem. Ita  
postquam per turbulentum vitæ hujus mare  
felicis ac beatæ mortis portum ingressi sumus,  
verè in portu, id est securi navigamus, & cum S.  
Bernardo, Sermone de Johanne Baptista, diem  
mortis nostræ, nativitatis die meliorem esse  
affirmamus, eò quod nativitatem tristitia comi-  
tetur, mortem verò beatam, æterna lætitia se-  
quatur. Felix ergò transitus de labore ad re-  
frigerium, de expectatione ad præmium, de a-  
gone ad bravium, de morte ad vitam, de fide  
ad notitiam, de peregrinatione ad patriam.  
Hujus felicitatis beatæ ex hac vitâ emigratione  
compos facta est, matrona honestissima Elisa-  
beth Zippermans/ non sine acerbo vidui super-  
stitis moerore & luctu. Morte enim privatus  
est, uxore pia & morigera, Oeconoma peritifi-  
sima, quam senectutis fore solatiũ, si Deo ita vi-  
sum fuisset, sperabat. Sed ecce præterito die Sab-  
bati, qui erat. 22. mensis currentis, morbum  
leniter sensit. Quem cum initiò contemne-  
ret, præter expectationem tamen paulatim  
crevit, & indies incrementa sumsit, ac corpus  
pletoricum humoribus repletum, ita aggressus



est, ut 25. hujus mensis, præsentibus liberis & amicis, inter tertiam & quartam pomeridianam placidè obdormierit. Videtur defuncta matrona discessum suum ex hac vita obfecisse proinde paucis ante mortem diebus, sese viatico corporis & sanguinis Christi instruxit, fidemq; in servatorem hac ratione confirmavit. Ut autem paucissimis, quantum nobis constat, ortum & parentes defunctæ nostræ matronæ attingamus, nata illa est hîc Rostochij seculi superioris Anno 1587. à pijs & honestis parentibus. Patrem habuit virum integerrimum, **DIONYSIUM** Zipperman/civem ac cerevisiarium primarium, ac Negotiatorem industrium. Mater ipsi fuit **Elisabeth Helmans**/foemina honestissima, ac pietatis amantissima, Quod exercitia pietatis domestica & cantilenæ sacræ privatim cani solitæ, ad oculum demonstrant. Hisce pijs & honestis parentibus nata defuncta nostra, per ordinarium regenerationis sacramentum Christo inserta est. Cumq; pij parentes intelligerent, quantum in bona educatione situm sit momenti, nihil in se, hac in parte desiderari passi sunt. Hinc non tantum à teneris pietati assueta, sed & alijs castam



flam & honestam virginem decentibus virtu-  
tibus planè imbuta. Hinc annum agens æta-  
tis 22, in sui amorem pertraxit **Drendt von**  
**Scheven**/civem hujus urbis primum, cen-  
tum virum spectatissimum, antea quidem Xe-  
nodocheij non sine laude præfectum; nunc ve-  
ro templi Mariani Antistitem vigilantissimum,  
jam viduum moestissimum. Postquam ergò  
consentientibus illis quorum interfuit, defun-  
cta nostra desponsata fuit, & matrimonialiter  
marito dilecto cohabitavit, non felix solum  
& optatum, sed & foecundum experta est ma-  
trimonium. Trium enim liberorum mater  
facta. Unius filioli **GEORGII**, qui an-  
num agens 14, rebus humanis exemptus est.  
Et duarum puellarum **ELISABETHÆ**,  
quæ ante triennium nupsit viro Integerrimo,  
**JOHAN Zappen**/civi hujus urbis honesto,  
& **ANNÆ**, quæ ne malitia corrumpere ani-  
mum illius, anno ætatis secundo obiit. Quod  
si defunctæ nostræ virtutes consideremus, lon-  
giori vita illam dignissimam fuisse fatemur.  
Quas dum accuratius secum expendit viduus  
relictus, moestissimus quanto bono privatus sit,  
gemens expendet. Qui tamen Christianum  
se



se esse re & opere declarabit, & consideratione  
divinæ voluntatis, luctum conceptum mitiga-  
bit. Matronæ huic honestissimæ justa fient  
hodie. Proinde à vobis civibus Academicis pe-  
tunt viduus ac tota familia, ultimum exequi-  
arum honorem, defunctæ præstetis, quod &  
ego meo loco à vobis contendo. Fier verò  
conventus in æde Mariana ad medium primæ.

P. P. Rostochij sub sigillo Universitatis

28. Junij, Anno 1639.






















flam & honestam virginem  
tibus planè imbuta. Hinc a  
tis 22, in sui amorem pert  
Scheven/civem hujus urbis  
tum virum spectatissimum,  
nodochij non sine laude pra  
ro templi Mariani Antistiten  
jam viduum moestissimum,  
consentientibus illis quorum  
eta nostra desponsata fuit, &  
marito dilecto cohabitavit  
& optatum, sed & foecundu  
trimonium. Trium enim  
facta, Unius filioli GEC  
num agens 14, rebus huma  
Et duarum puellarum EL  
quæ ante triennium nupsit v  
JOHAN Zappen/ civi huj  
& ANNÆ, quæ ne malitia  
mum illius, anno ætatis secur  
si defunctæ nostræ virtutes co  
giori vita illam dignissimam  
Quas dum accuratius secum  
relictis moestissimus quanto  
gemens expendet. Qui tam



us virtu  
ens æta  
dt von  
, cen  
dem Xc  
unc ve  
limum,  
m ergo  
, defun  
nialiter  
solum  
est ma  
mater  
qui an  
tus est.  
HÆ,  
rrimo,  
onesto,  
ret ani  
Quod  
us, lon  
temur.  
viduus  
tus fir,  
anum,  
se